

A. D. 1261–1264. — Autograph des hl. Thomas von Aquin.

Mailand, Biblioteca Ambrosiana.

Aus einer Pergamenthandschrift, die von der Tradition als Autograph des hl. Thomas von Aquin bezeichnet wird. Der Hauptteil der Handschrift befindet sich in der Vatikanischen Bibliothek, die Ambrosiana besitzt nur ein Blatt. Auf fol. 3^r der Vatikanischen Blätter steht von einer Hand des ausgehenden XIII. oder des beginnenden XIV. Jahrhunderts folgende Notiz: *Ligetur omnes sicut stant in ista carta et procuratur si possit inveniri aliquis qui sciret legere istam litteram, quia est de littera fratris Th.* Die Handschrift war früher im Dominikanerkloster in Neapel; gemäss folgender Aufschrift auf dem Pergamentumschlag wurde sie im Jahre 1354 nach Bergamo gebracht: *Contra Gentiles sancti et reverendi doctoris beati Thome de Aquino ordinis fratrum Predicatorum, a quo exemplati sunt omnes alii; quem librum ipse propriis manibus scripsit; quem ad nos fratres Jacobus de Crema et Jacobus de Braganolis portaverunt de Neapoli anno MCCCLIII.* Zur Zeit der französischen Invasion während der Revolutionszeit kam die Handschrift in Privatbesitz. Bischof Speranza von Bergamo kaufte sie, mit Unterstützung seiner Diözesanen, im Jahre 1876 für 10000 Franken und überreichte sie als Geschenk seines Bistums Papst Pius IX.

Unser Facsimile enthält Kapitel 49 und 50 des 2. Buches der *Summa contra Gentiles*, deren Abfassung in die Zeit von 1261 bis 1264 fällt. Der Text ist ausgezeichnet und fehlerlos. Häufig sind Korrekturen angebracht, doch nicht Korrekturen von Schreibfehlern, sondern Korrekturen des Gedankens, die offenbar während der Niederschrift selbst gemacht wurden: der Schreiber machte einen Strich durch die Worte, die nicht zutreffend schienen, und ersetzte sie sofort durch bessere (siehe z. B. Kol. I, Zeile 11. 40, und Kol. II, Zeile 14. 22). Auf anderen Seiten der Handschrift sind häufig ganze Zeilen und grosse Abschnitte in dieser Weise durchstrichen und korrigiert oder versetzt; oft sind grosse Zusätze gemacht; zuweilen ist die Kapiteleinteilung geändert. Das alles spricht dafür, dass die Handschrift in der Tat vom hl. Thomas selbst herrührt; sonst hätte man auch ein Diktat oder an eine Abschrift denken können. Siehe Pietro Antonio Uccelli, *S. Thomae Aquinatis Summae de veritate catholicae fidei contra Gentiles quae supersunt ex codice autographo qui in bibliotheca Vaticana adservatur . . . edita*, Rom 1878. Gegenwärtig wird vom Dominikanerorden eine neue Ausgabe der ganzen Handschrift vorbereitet. (Eine andere Handschrift, welche ganz denselben Schriftcharakter hat und von der Tradition ebenfalls dem hl. Thomas zugeschrieben wird, befindet sich in der Nationalbibliothek in Neapel; sie wurde früher im Dominikanerkloster in Neapel aufbewahrt, also in demselben Kloster, aus welchem auch die vatikanische Handschrift ursprünglich her stammt.) Ich veranke unser Facsimile der Güte von † Monsignor Ceriani, Prälektor der Ambrosiana.

Ein Beispiel der Gelehrtenhand des XIII. Jahrhunderts. Besonders auffällig ist die Auflösung der Buchstaben in getrennte Striche. Die Schrift erinnert in dieser Hinsicht an die Schrift der römischen Wachstafeln (siehe Taf. 5 und 8).

Einzelne Buchstaben. **a** ist häufig unten offen (II, 1. 2. 7). Siehe die Form von **d** (*divinitus*, II, 3). **e** hat an Stelle des Auges einen kleinen schrägen Strich, der vom Hauptstrich getrennt ist (*esse*, II, 1, *est*, II, 4). Bemerkenswert ist die Form von **g** (*intelligitur*, II, 5, 15). **h** besteht aus einem senkrechten und einem kleinen schrägen Strich (II, 6). Der Endstrich von **n** ist oft verlängert und nach links gewandt (*non*, II, 1; *nonne*, 6. 7; *unde*, 13). **o** ist dem **a** und **e** sehr ähnlich (*ostensum*, II, 4; *forma*, 5). **r** ist zuweilen sehr lang (*verum*, II, 10); sein Schulterstrich setzt unten auf der Linie an (*forma*, II, 5). Stets ist **s** gebogen; es besteht aus einem senkrechten und einem schrägen oder beinahe senkrechten Strich (*diversitas*, II, 1).

Abkürzungen. Am häufigsten sind oft wiederkehrende Worte gekürzt, indem der letzte Buchstabe überschrieben ist (*materia*, II, 1. 2; *forma*, II, 5. 8; *potest*, II, 1; *sicut*, II, 6; *est*, II, 20; *adfinis*, II, 16; *sec*, II, 17; *natura*, II, 37). Für *ius* und

que stehen **h** und **q** mit zwei Strichen (*synonymusque*, I, 43; *rebus sensibilibus*, II, 28). Häufig stehen auch zwei Striche dieser Art für **m** am Wortende (II, 18. 22. 29. 44). Man hat behauptet, Thomas von Aquin habe ein stenographisches System gekannt oder gar erfunden; aber in Wirklichkeit kennt er nur die Abkürzungen, die im Mittelalter allgemein üblich waren, und die, welche zu seiner Zeit in philosophischen und theologischen Schriften gebraucht wurden.

Ligaturen. In *ex* (II, 8. 10) dient der zweite Strich von **e** zugleich als erster Strich von **x**.

Die Worttrennung ist unvollkommen; besonders häufig stehen die Präpositionen mit ihrem Wort zusammen (II, 12). Zur Interpunktion steht ein Punkt, seltener ein Punktstrich (II, 1. 3. 5. 6. 8). Am Anfang der Abschnitte steht ein Paragraphenzeichen; dieses ist, wenn es sich am Anfang der Zeile befindet, etwas in den Rand vorgerückt; der erste Buchstabe der neuen Abschnitte ist gewöhnlich etwas vergrössert (I, 1. 5. 42; II, 6. 16. 27).

Verweisungszeichen (I, 41)

Ein Bindestrich am Ende der Zeilen (I, 26; II, 12).

est corpus. § Item. Nihil agit nisi secundum suam speciem, eo quod forma est principium agendi in unoquoque. Si igitur intellectus sit corpus actio eius ordinem corporum non excedit. Non igitur intelligit nisi corpora. Hoc autem patet esse falsum; intelligimus enim multa que non sunt corpora. Intellectus igitur non est corpus. § Adhuc. Si substantia intelligens est corpus aut est finitum, aut infinitum. Corpus autem esse infinitum actu est impossibile, ut in Phisicis probatur. Est igitur finitum corpus si corpus esse ponitur. Hoc autem est impossibile. In nullo enim corpore finito potest esse potentia infinita, ut supra probatum est. Potentia autem intellectus est quodammodo infinita, in intelligendo; in infinitum enim intelligit species numerorum¹⁾ augendo, et similitur species figurarum et proportionum; cognoscit etiam universale quod est²⁾ virtute infinitum, secundum suam ambitum; continet enim individua que sunt potentia infinita. Intellectus igitur non est corpus; § Amplius. Impossibile est duo corpora se invicem continere, cum continens excedat contentum. Duo³⁾ autem intellectus⁴⁾ se invicem continent et comprehendunt, dum unus alium intelligit. Non est igitur intellectus corpus. § Item. 20 Nullius corporis actio reflectitur super agentem; ostensum est enim in Phisicis quod nullum corpus a seipso movetur, nisi secundum partem ita scilicet quod una pars eius sit movens et alia mota. Intellectus autem⁵⁾ supra seipsum agendo reflectitur; intelligit enim seipsum⁶⁾, non solum secundum partem sed secundum totum. Non est igitur corpus. § Adhuc. Actio corporis ad actionem non terminatur, nec motus ad motum, ut in Phisicis est probatum. Actio autem substantie intelligentis ad actionem terminatur; intellectus enim sicut intelligit rem ita intelligit se intelligere, et sic in infinitum. Substantia igitur intelligens non est corpus. § Hinc est quod sacra Scriptura substantias intellectuales⁷⁾ spiritus nominat per quem modum consuevit Deum incorporatum nominare secundum illud Ioannis III.: „Deus spiritus est.“ Dicitur autem Sapientia VII.: „Est autem in illa“, scilicet divina sapientia, „spiritus intelligentie“ „qui capiat omnes 35 spiritus intelligibiles“. § Per hoc autem excluditur error antiquorum naturalium qui nullam substantiam nisi corpoream esse ponebant; unde et animam dicebant esse corpus vel ignem vel aerem vel aliquid huiusmodi; quam quidem opinionem in fidem christianam quidam inducere sunt conati, dicentes 40 animam esse corpus, effigiatum sicut⁸⁾ corpus exterius figuratum. *) § Ex hoc autem apparet quod substantie intellectuales sunt immateriales. Unumquodque enim ex materia et forma compositum est corpus; diversae enim formas materia nominis secundum diversas partes recipere

potest; que quidem diversitas partium esse in materia non potest, nisi secundum quod per dimensiones in materia existentes una communis materia in plures dividitur, subtracta enim quantitate substantia⁹⁾ indivisibilis est. Ostensum est autem quod nulla substantia intelligens est corpus. 5 Relinquitur igitur quod non sit ex materia et forma composita. § Amplius. Sicut homo non est sine hoc homine, ita materia non est sine hac materia. Quicquid igitur in rebus est subsistens ex materia et forma compositum, est compositum ex forma et materia individuali. Intellectus autem non potest esse compositus 10 ex materia et forma individuali; species enim rerum intellectuarum fiunt intelligibiles actu per hoc quod a materia individuali abstrauntur; secundum autem quod sunt intelligibiles actu fiunt unum cum intellectu; unde et¹⁰⁾ intellectum oportet esse absque materia individuali. 15 Non est igitur substantia intelligens ex materia et forma composita¹¹⁾. § Adhuc. Actio cuiuslibet ex materia et forma compositi, non est tantum forme nec tantum¹²⁾ materie sed compositi; eius enim est agere cuius est esse; esse autem est compositi per formam unde et compositum per formam agit. Si igitur substantia intelligens 20 sit composita ex materia et forma, intelligere erit ipsis compositi. Actus autem terminatur ad aliquid simile agenti; unde¹³⁾ et compositum generans non generat formam sed compositum. Si igitur intelligere sit actio compositi, non intelligetur nec¹⁴⁾ forma nec materia sed tantum compositum. Hoc autem patet esse falsum. Non est igitur 25 substantia intelligens composita ex materia et forma. § Item. Forme rerum sensibilibus perfectius esse habent¹⁵⁾ in¹⁶⁾ intellectu quam in rebus sensibilibus; sunt¹⁷⁾ enim simpliciores et ad plura se extendentes; per unam enim formam hominis intelligibilem,¹⁸⁾ 30 omnes homines intellectus cognoscit. Forma autem perfecta in materia existens facit esse actu tale, scilicet vel ignem vel¹⁹⁾ coloratum; si autem non faciat aliquid²⁰⁾ esse tale est imperfecte in illo, sicut forma coloris in aere ut in deferente et sicut virtus primi agentis 35 in instrumento. Si igitur intellectus sit ex materia et forma compositus forme rerum intellectuarum facient intellectum esse actu talis nature qualis est quod intelligitur; et sic sequitur error Empedoclis, qui dicebat quod ignem igne cognoscit anima, et terra terram et sic de aliis; 40 quod patet esse inconveniens. Non est igitur intelligens substantia composita ex materia et forma. § Preterea. Omne quod est in aliquo est in eo per modum recipientis. Si igitur intellectus sit compositus ex materia et forma, forme rerum erunt in intellectu materialiter, sicut sunt extra animam.

*) Quod substantie intellectuales sunt immateriales.

¹⁾ Durchstrichen per additionem unitatis. ²⁾ Zwei Buchstaben durchstrichen. ³⁾ Verbessert aus *duorum*. ⁴⁾ Verbessert aus *intellectuum*; und in der folgenden Zeile ist *unus* durchstrichen. ⁵⁾ Durchstrichen *actio*. ⁶⁾ Einige Buchstaben durchstrichen. ⁷⁾ Einige Buchstaben durchstrichen. ⁸⁾ Durchstrichen *homo exterior figura*; offenbar wollte der Schreiber *figuratus* sagen; er durchstrich jedoch die drei Worte, die er das letzte vollendet hatte. Es folgt ein Verweisungszeichen, dem ein ähnliches Zeichen unten am Rande entspricht, mit der Kapitelüberschrift. ⁹⁾ Verbessert, wie es scheint, aus *materia*. ¹⁰⁾ *et* ist nachträglich hinzugefügt und *intelligens* durchstrichen. ¹¹⁾ Verbessert. ¹²⁾ Nach *tantum* ist ein Buchstabe durchstrichen. ¹³⁾ Vorher ist durchstrichen *sicut igitur corp*. ¹⁴⁾ *nec* ist überschrieben. ¹⁵⁾ *esse habent* ist hinzugefügt, und *sunt intellecta* ist gestrichen. ¹⁶⁾ Vor *in* ist *quantum* gestrichen. ¹⁷⁾ Vorher ist *in quantum* gestrichen. ¹⁸⁾ *intelligibilem* scheint nachträglich hinzugefügt zu sein. ¹⁹⁾ Nach *vel* ist ein Buchstabe durchstrichen. ²⁰⁾ *aliquid* ist überschrieben.